



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Diss. Jur. 1729

GEORGII ADAMI STRUVII,
D. J. U. Prof. Publ.
EXERCITATIONEM FEUDALEM
SEPTIMAM

De
MODO FEUDA
PRIMUM CONSTI-
TUENDI ET ACQVI-
RENDI,

Sub

Ejusdem Præsidio

Iterum publicæ disquisitioni exponit, & quæ-
dam ex Jure Criminali *Indiquata*
annectit

CHRISTOPHORUS JACOBUS *Sauber/*

AUGUSTANUS.

Ad d. Augusti Anno

M. DC. LVII.

H. L. Q. C.

J E N Æ

à Typographéo JOHANNIS NISIL

GEORGIUS DAMI STRIVIT

EXERCITII ANTI-HERETICI

MODUS FELIX

PROBATIONUM

IN REBUS

1523

CHRISTOPHORUS

CHRISTOPHORUS

CHRISTOPHORUS

1523


CHRISTOPHORUS

CHRISTOPHORUS

CHRISTOPHORUS

Stadtbibliothek
Augsburg





I. N. D. N. J. C.

I.



Vanvis omnium hominum mentibus
 notitia DEI naturaliter sit inscripta
 Rom. 1. 20. & 2. 35. ac Christianis lucu-
 lentius ad salutem per Verbum divinum
 patefacta; eo tamen quorundam homi-
 num progreditur malitia, ut nihilomi-
 nus DEUM T. O. M. ipsum abjurent, & hosti ejus infensis-
 simo Diabolo sese mancipent; quorum delicto cum gra-
 vius cogitari non possit, merito etiam severissimis vindi-
 catur poenis, de quibus, ut & de ipso hoc crimine agitur
ff. ad L. Corp. de Sic. & Veneficiis. & l. 1. C. de Maleficiis &
Mathematicis & ceteris similibus. nec non Ord. Crim. Car-
oli V. art. 209. 7. Strafß der Zauberer.

II. Licet autem alias Sortilegi, ab operationibus
 suis varia sortiantur nomina, ut Venefici, artibus odio-
 sis & susurris Magicis, homines occidentes, habentes vel
 facientes mala sacrificia §. 3. *J. de publ. jud. l. 13. ff. ad L.*
Corp. de Sicar. & Venef. Malefici, Chaldæi, Magi, l. 7. & l.
5. C. de malef. & math. Aruspices, l. 2. l. 5. l. 7. d. 1. Divi-
natores l. 7. eod. Mathematici d. l. 7. & l. 5. ac Rubr. C. d. 1.
Arioli, Augures, ad. ll. Vates, l. 5. eod. Necromantici,
 qui manes producant, Incantatores, Exorcistæ, qui solâ
 potentia carminis aut characterum quid efficere conan-
 tur, Præstigiatores, qui sensus & oculos fascinant, La-
 miæ, Sæge, Striges, quæ hominum exitio student, aut

A 2

Comi-

Comita diabolica scopis, fureivē sublata, celebrant. Et
corā Crimen dicatur Maleficium, Veneficium *b. t. t. C. &*
ff. Mathematica l. 2. ars Magica, l. 4. l. 6. Divinandi cu-
riolitas *l. 5. C. d. t. Magia, Sortilegium, Dæmonomania,*
&c. tamen, quoquo modo ejusmodi artesvetitas ac Ma-
giã exercentes, promiscuè & indifferenter, quo ad hanc
tractationem nostram *Dei*. eos appellitare, testatur latius
Petrus Theodoricus in Edif. Crim. disp. 7. th. 3. lit. N. arg. t.
l. C. de malef. & math. Consideratur enim tantum com-
mercium cum Dæmone in quo omnes coveniunt, quod
quo arctius aut liberius est, etiam aggravatur aut lenitur
pœna.

III. Itaque describimus Dæmonomaniam, Malefi-
ciū. I. Sortilegium juxta *dicta*, quod sit crimen, quo quis
recedit à Deo & ad diabolum sese convertit. Forma est,
quod lædatur principaliter ipse Deus, ab eo nimirū rece-
dendo; & quod quis ad Diabolū se convertat seu diabolo
fidat; à quā formā distinguitur in tres species, vel enim 1.
quis recedit, expresse Deum abnegando, & sese diabolo
mancipando; vel tacite Deū seponendo & cum diabolo
simpliciter quid commercii habendo, idque 2. vel pro-
palam; cum dæmone conversando seu artes diabolicas
exertendo; vel 3. implicite; scienter nimirū adherendo su-
perstitiosis observationibus. Quod ipsum alias à Theo-
logis & jurisconsultis communiter proponitur sub di-
stinctione Pacti cum Diabolo Expressi & Taciti.

IV. Pactum expressum & 1. Genus Magiæ est, quo
quis non solum fidit diabolo, nec etiam solum cum eo
conversatur, sed expresse sese ei mancipat ac obstringit,
cum abnegatione Dei & omnium ejus beneficiorum.

V. ubi

V. ubi Qu. An revera debeat Malefici & Male-
 fixæ; à quibus tale pactum expressum incatur; ex quo
 tam abominandi, & ferè incredibiles effectus realiter cõ-
 sequantur? quod Affirm. & probatur 1. Exemplis & ob-
 servationibus omnium Scenolorum in hunc usque diem.
 2. sup. Juris divini *Exod. 21. 17. Sam. 15. 2. Jerem. 27.*
29. Malach. 3. 3. Athor. 8. 16. & alio Civilis, 1. 1. C. de de ma-
luf. & Mathem. 1. 12. ff. ad L. Corn. de sic. & Venef. Cano-
nicæ, 1. 1. de Serrilegio. can. XXI. 9. 1. & seqq. & 1. de fri-
gid. & malof. Or. d. C. Carol. 1. art. 100. & art. 11. ac deni-
 que A. C. tis Clarissimor. Judiciorum ubi vis. 3. Propria &
 unanimit. confessione ejusmodi Maleficorum diverse
 conditionis, ingenii, humorum, phantasie, diversorum-
 que locorum ac temporum, concordante mirè in certis,
 singularibus ac perpetuis circumstantiis. Non verò re-
 pugnat rerum naturæ prob. itid. respectu hominum,
 1. quod possint propter libertatem, & summam maliti-
 am humanam, quod etiam 2. voluntas quorundã eo mo-
 veri possit spe & formidine ut talia tentent, idque vel am-
 bitione, vel cõstro sciendè, mira patrândi, aut lascivix;
 vel irâ & vindictâ cupiditate, avaritiâ, egestate, diffiden-
 tiâ, desperatione, aut si quis alias in magno sit positus
 periculo: cum primis verò si talium affectuum violentia
 aut alias impietas, incidat in ingenia tardia, imbecillia,
 & inde plerumque temerarie regulâ. *Remig. d. amono-*
Jan. lib. 1. c. 1. quod cum frequentius usu veniat in sexu
foemineo, hinc plures horum criminè sunt inq. nata. Re-
 spectu verò de mortis non repugnat, quia est potens in
 filiis incredulitatis *Eph. 2. 12. 2. Tessal. 2. 9.* & dona natu-
 ræ spiritui convenientia integra & perfecta in eo sicut in
 angelis manserunt; hinc potest assumere corpus, vo-

cem efformare, corpora loco movere, futura accuratè
 conjectare & alia homini impossibilia efficere. *Gen. 3. Hi-*
ob. 2. Matth. 4. 2. vult etiam, convenit enim ejus malitia
 explenda; sic impietate suâ ad abjurandum & blasphemandum
 Deum suos persuadet; Superbiam declarat
 dâ cultu, qui ei exhiberi debet in Synagogis seu conven-
 tibus nocturnis; Spurcitiam exerceat per nefandissimas la-
 feivias; Nocendi cupiditatem, & Mendacium per varia
 damna & præfugas ac fascinationes demonstrat. *Vid.*
Rémig. demonolatr. Bodin. contrâ Wierum, de Lam. & lib.
demonom. Jacobi Regis Anglia Demonolog. Phil. Lud. Es-
lich. demonomag. Mallowm Malefic. Mart. Delrio disquis.
mag. Torrellant. de Magia. Girlandus, Danaus de Sorti-
leg. Mart. de Artes de Superstit. &c.

VI. Circumstantias quod attinet, in quibus con-
 veniunt eorû confessiones, & per quas Judici de hoc pri-
 mo genere Magiæ potest constare *Dr. Carpzov. p. 1. qu.*
49. n. 68. seqq. Recensentur ferè hæc: postquam dæmonis
 subjectum ut innuimas habile se censet reperire, Dei
 permisso, aggreditur hominem. I. assumtâ persona & ad
 cõversandû aptâ; *Rem. 3. tr. demonol.* insignis verò semper
 aliquâ notâ quâ nature immanitatem prodit, ut pede
 bovis, aliûsve bruti; manibus anatis aut villis deforma-
 bus; staturâ nunquam justâ, quânoque trunco altero
 pede; *Remig. l. 1. c. 7. & seqq.* Vult peculiari nomi-
 ne post initum foedus appellari, *Capè Johannis, Dr. Car-*
pzov. d. l. II. se offert desiderio taliam hominum satia-
facturum Rem. l. 1. c. 2. & 3. hinc Sagas statim instruit
 pharmacis venenatis, sive pulvere venenato, eoque tri-
 plici, nigro, albo & cinericio, quibus vel mors vel salus
 vel morbus alicujus procuretur. *Rem. d. l.* Ac pecunias

con-

vit. 26. vers. 26. 6. Exod. 22. vers. 11. 2. Reg. 17. Jer. 19. vers.
5. 2. §. 5. J. d. publ. jud. l. 4. §. 2. ff. fam. hercise N. 3. l. 5.
l. 6. l. 7. C. de malef. & math. l. 3. §. 5. l. 13. ff. ad L. Corn.
de sic. & venef. 2. Nov. Leon. 65. & ibi Gothofr. cum alt.
Genus vero poenae de jure civ. variat. 1. §. 5. J. de publ.
Jud. l. 5. §. fin. C. de malef. & math. 2. l. 3. §. 5. l. 13. ff. ad
L. Cornob. de sicar. 3. l. 3. C. de malef. & mathem. 4. l.
6. C. eod. 5. l. 7. in fin. C. d. 1. Hinc quia inces-
ta est poena, quidam Interpp. eam Judicis arbitrio relin-
quunt, per l. 1. §. 2. de effrat. Poenam Veneficorum de
Jure Canonico consuetudine non servari, testatur Dz.
Corp. p. 1. q. 49. cum alleg. Constitutio Criminalis Ca-
roli V. traheret; art. 109. Straff der Zauberey. So ist
mand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil
zugefüget / sol man ihn straffen vom Leben zum Tod / und
man sol solche Straff mit dem Feuer thun. Wo aber in
mand Zauberey gebraucht / und thut nit niemand Schaden
gehon hette / sol sonst gestraff werden / nach Gelegenheit der
Sach / darinnen die Urtheiler Ratho gebrauchten solten / wie
vom Rathsuchen hernach geschrieben sthet. quia in con-
casum damni dati, poenam pro qualitate facti subimere
am imponi vult, consilii super eo ipso in hunc modum
art. 109. Consent vero Juris periti poenam mentis & quā-
dam ignis irrogandam simpliciter obpastum ipsum ex-
pressū cū Damno in se, ob haec rationes: quia omnia
alia delicta, quae dicuntur in divinam Majestatem com-
mitti longe superat, si enim is quī q. g. in Majest. Div. uno
verbo blasphemat a morte mulcandus est. J. de. un. 133.
& anno 1548. von den Gottlöbigen, quibus magis huius
Dei hostem declarat & Demoni vasallum praestat, se-
verissima poena placendus est: quod alia crimina, quae
in se

in se sunt capitalia ut effectus proprios comprehendit. Sunt enim humani generis inimici, *l. 7. & naturæ peregrini l. 6. l. 1. l. 4. l. 5. C. h. t.* homines variè necant, morbos periculosos ac atrocissimos immittunt, infantes proprios occidunt, eos diabolo sacrificant, aliorum in utero perimunt; & quantum in his quæ animam etiam perdunt: liberos eodem flagitio suo inquinant; sunt adulteræ & nefandissimas exercent sodomias &c. 3. Convenit Juri divino, *Exod. 20. Levit. 20, 27.* Juri civ. *l. 3. §. 1. §. C. h. t. Id. sancit Constit. Elect. 2. part. 4. vers. Demnach* constitutem. De consuetudine Germaniæ testatur *Theodor. Coll. Cr. Diss. 7. th. 6. lit. C. ubi & præjud. habet facult. Jurid. Jenens.* Et ita etiam pronunciare *Scabb. Lipsiens.* in casu extra territorium Saxonie Sortilegii commissi testatur *Dn. Carpz. p. 1. q. 49. n. 1.*

VIII. Quæ stante sententiâ, sequitur igne puniendos esse eos, qui nullum s. nondum aliquod damnû doderunt, modo pactionem expressam inierint, non obstat. *O. C. art. 109. alleg. supra Resp.* enim *Matth. Steph. in comm. ad d. art.* cum esse de casu quo pactum tacitum in initum. Vel commodius cum *Dn. Carpz.* cum non excludere dictam poenam, verb. *noch Belegenheit die C. art.* Sed expressisse hujus criminis effectum; damnium nim. ut de causa ex eo constet; que si alias appareat per indicia *th. 11.* rectè ead. poenâ affici posse nõ negare. Absurdû enim videtur, Impium statueri, ut is igne plectatur, qui fortè alterius equû maleficio occiderit, aut aliter nocuerit; is verò, qui se Dæmoni obstrinxit, Deum abjuravit, levius puniatur. *Göhauf. q. 2. tr. de Proc. jurid. contra Sagas annexa. Berl. p. 4. conclus. pr. 5. n. 49. &c.*

IX. II. Si Sodomiam illam nefandissimâ exercuere

B

cum

cum Dæmone. *art. 116. Matthi. Steph. in annos. ad art. 109. Ord. Cr. Præjudicia sunt apud Dn. Carpz. p. 1. q. 49. n. 48.*

X. Illi igne etiã punientur fœminæ, anus; sc. Sage Lamiz & Stryges; quastamen præter alios eximere conatur. Gödelmannus *l. 3. tr. de Males. Venef.* non enim obst. quod multa quæ confitentur sint præstigiiosa; nec etiam semper ipsæ dãmna immediatè inferant; quia propter pactum saltem expressum eò puniantur. Vid. *Larè Theodor. Coll. Cr. Diss. 7. th. 6. lit. C. Dn. Carpz. d. l. q. 48. & eleganter Remig. l. 3. c. ult. & 12. Bern. Comenf. & Barth. Spinaus. de frigid.*

XI. Hoc crimen cum propter suam enormitatem, perniciem & obscuritatem, referatur inter Excepta; imò eorum dicatur Exceptissimum *Schansen prolog. Tr. de Proc. contr. Sag. & Venef.* it: inter oeculta; & aliquando ea, quæ dicuntur facti transeuntis, quæ nulla post se vestigia relinquant, *Dn. Carpz. p. 2. q. 60. n. 29.* Hinc sequitur, quod illud requisitum in delictis capitalibus, sc. ut certè prius constare debeat de corpore delicti, delictum commissum esse reverà, antequã vel poena capitalis ob cõfessionẽ videlicet rei, dictari, vel tortura adhiberi possit; *l. 1. §. 24. de S. S. Silan. art. 5. O. G.* locũ hĩc aliquando evidenter habere nõ possit; Ejustamen loco requiruntur tunc certa indicia: quæ idè etiã necessario præcedere debent. I. Antequam poena capitalis ignis scil. infligatur ex confessione spontanea Rei. *l. 1. §. 27. ff. de quest.* II. præcedere debent; antequam quis quæstioni s. torturæ subiciatur. *art. 61 & 20. O. Cr.* Quænam autem sine illa indicia sufficientia, judicantis arbitrio ea sunt relicta *art. 18. 24. 25. & 27.* Ad hoc arbitrium instruendum proponun-

tur

tar indicia; præter communia omnibus delictis capitallibus, siue semiplena, quæ recensentur *art. 27. art. 25.* siue plena sint, *art. 27. & 29. cum seqq.* huic Crimini Magiæ peculiaria *V. in art. 44. d. O. Cr.* quibus ut confessioni stari aut ad torturam procedi possit; annumerari poterunt; Si cubiculo domoque Saga momento aberit foribus occultis; quæ vesperiancubuerat lecto suo, ac postea in id cubile revertatur. Si oculos fascinet, incantetque carmine, si stigmatè sit insignita. De quibus cum alleg. *Dn. Carpz. pr. cr. p. 1. q. 122. & Casp. Manz. Matth. Steph. ad Ord. Cr. Car. V. in ann. ad art. 44.* Peculiare vero indicium quod confessionem reddat legitimam & firmam, est si ea concordet cum aliarum Sagarum aut Magorum convictorum confessionibus & quidem in circumstantiis, quas recensuimus, quod singulariter monet cæ. *Dn. Carpz. p. 1. q. 49. n. 48.*

XII. Pactum tacitum est, quo citra abnegationem Dei expresse factam, & sese totum diabolo mancipando, quis Dæmonis utitur opere & auxilio. I. cum dæmone commercium habet; idq; dupliciter. 1. quod est H. Genus Magiæ, apertè cum Dæmone ipso conversando, artes diabolicas exercendo. vel 2. rectè *de quo th. seq.* Dicitur hoc in specie Maleficium. *s. 3. C. de Mal. & Math.* quo pertinent, qui artibus diabolicis vel futura prædicunt, thesauros indicant, aut Dæmones provocant, quod faciunt Incantatores, Necromantici strictè dicti. *Dn. Carpz. p. 1. q. 50. n. 7.*

XIII. Sunt puniendi 1. per *xxx. th. 7.* 2. etiam si damnatum non dederint, ad pœnam mortis procedi potest, *Exod. 22, 18. Lev. 20. v. ult. & Jure Civ. & O. Cr. d. th. 3.* ex qualitate facti; quod cū hoste Dei & universi Generis

humani commercium habeant, artes Diabolicas exercent, ac ita Deum immediate gravissime lædant. Genus vero poenæ, est ignis si nocuerint, *d. 105. 109. O. C.* extra casum damni, ex *Ord. Cr. 109.* arbitraria, ex qualitate facti, determinata est poena gladii Jure Saxi, *Confl. El. 2. p. 4. lafè Du. Carpa. d. 2. l.*

XIV. Alterum membrum Pacti taciti, sive III. Magiæ Genus, est crimen, quo quis utitur mediis superstitiosis, quæ dæmonem habent autorem; h. e. si quis nequit expressè se dæmoni obstringit, nec etiam ejus familiaritate apertè utitur, verum tamen se convertit ad ejusmodi res, quæ solum à Dæmone peraguntur; quod toties fit, quoties quis rei alicui, quatenus ejus ad hunc effectum naturaliter, nulla est efficacia, plenissime fidit, cum Deo fidere debuisset. Dicuntur alias suo significata Sortilegi, Sortiarii, **Segensprechen** / quandoque **fluge Fraum**.

XV. Habent se vero in delinquentes diversimodè. Sunt enim I. qui se ejusmodi operationum ac remediorum superstitiosorum artifices exhibent ac in iis aliis operam suam præstant; quorù ii eo gravius delinquent, quo propius familiaritati diabolicæ seu II. generi Magiæ accedunt. ut exercentes Crisallomantiam *Godelm. l. 1. c. 8. n. 10. add. Joach. Camerar. in lib. Plutarchi de defectu Oracul.* Gasrolomantiam, quâ in phialâ vitreâ aquâ repletâ quæ sita puero vel virgini cerco accenso figuris ostentantur; Catopromantiam, quâ ex speculis divinant; Dactylomantiam, qua ex annulis ad certos cœli positus conflatis, vel à dæmonibus obsessis, aut consecratis artibus diabolicis, vaticinantur; Lecanomantiam, quâ ex pelvi aquâ repletâ responsa accipiunt; *Godelm. d. l.* Hydromantiam, quâ figuræ à Dæmone ostenduntur; Aëroman-

mantiam, si in aëre incantato representationes fiunt; Cephalomantiam, quæ fiebat per caput hominis mortui aut brui. Quo videntur referri posse, qui spiritum in ut auri familiarium utuntur ope, de quibus *Vid. cum al. leg. pl. Barbos. T. XI. Prætermissor. ad q. 3. & 4. XVI. II.* Cravissimæ etiam delinquant, si eiusmodi remediis superstitionis allosiant, ut imprecationibus superstitionis, vulgò *Wesfchreyungen*. Gleidomantia, seu furi oculum extenuendo, prævis Pfalmis & Litanis, ad clavum æneæ malleo cupressino circum barbaris literis circumscripto infigendo. Ligatione ligula, de qua *Godelm. l. 1. c. 6. tr. de Malef. & Venef.* It. casu si quæ aliquem sibi hirco jubeat adportari. *Dr. Chrzost. part. 1. quæst. 50.* III. Huc pertinent, qui alias Consecrationibus, Sigillis, characteribus, carminibus, herbis &c. benedictionibus, *mit Segen, Wüßungen, Wandsegen* amuletis superstitionis, SS Trinitatis nominis, Evangelii S. Johannis, aliarumve rerum sacrarum profanatione, membranulis signatis seu philacteriis, morbos etiam non naturales, maleficia & fascinationes depellere conantur. De cujusmodi remediis præcipuè *Paracels. & ex eo Godelm. l. 1. c. 8. V. c. Sortileg. 26. q. 1. & 2.* IV. Qui res furto, aut alter amissas recuperare, ostendere, furem indicare, sistere, aut alia occulta ejusmodi remediis manifestare satagunt, quo referenda veterum Alectryomantia, & historia Jamblichii. Koskinomantia, quando cribro forcipi appensa præviâ solenni verborum quorundam recitatione quid indicatur, Axinomantia, quæ si eodem modo, sed securi palo infixâ. Rabdomantia, divinatio ex casu in terram duorum lignorum æqualium, certo ritu & carmine juratorum inque aërem jactatorum. Crotomantia, quâ

crustâ panis, si hæreat gutturi, reus quis designatur fami
 domestici. Cabala Judæorum recentiorum. *Godelm.*
d. l. c. 5. & 6. ut & August. Barbef. dict. l. V. qui actibus
 superstitiosis quid volunt avertere aut efficere, quo re-
 ferendus Exorcismus superstitiosus. Mathesis, s. conje-
 ctatio ex astris, quatenus eâ velantur ineptiæ & artes ma-
 le *l. 2. & 3. C. de Malef. & Math. V. Bach. ad Tr.* Prædicti-
 ones Zigeunorum s. Atingahorum; Circumforanco-
 rum. *Godelm. l. 1. c. 5. 6. & 7.* Nec minus peccant, qui ad-
 hibent probationem Sagarum per aquam frigidam *V. pe-
 culiare Responsum. Godelm. l. 3. sr. de Malef. & Venef.* vel frigi-
 dam ori veneficæ injiciunt, ut demonem deturbent; La-
 mias sublimes de domo tollunt aut abreptas à terrâ in
 carcer aut locum supplicii deportant, ut vis eo adimatur
 demoni; aut detractâ omni veste tunicâ interiore indu-
 unt, quæ uno die confuta aut contexta, avertas ad quæsi-
 tores rapiunt. &c. *Remig. l. 3. c. 9.* VI. Omnes qui à Ma-
 leficis cujusvis generis, vel opem vel consilium, vel re-
 media, quavis ratione vi, prece preciove experunt, iis-
 que utuntur. *l. 3. & 5. C. de malef. & math. Sape. citr. Aut.*

XVI. Hi omnes poenam incurrunt *1. Deuter. 18. 11.*
Levit. 19. 26. 31. Exod. 20. 6. 1. Sam. 28. 4. Matth. 4. 10. 2.
Reg. 25. l. 3. 5. C. de malef. & math. l. 4. §. 1. ff. famil. hercisf.
l. 10. C. de Episc. aud. c. nec mirum. 26. qu. 5. c. admonens,
cum seqq. 26. 9. 7. 2. quia Deum lædunt præcipaliter fi-
 dunt enim dæmoni per res, quarum nulla est efficacia,
 nam rei impiæ ac damnabilis nullus est legitimus usus.
Rom. 3. 8. v. ult. Genus poenæ est arbitrarium *sh. 7. &*
art. 109. O. C. & pro qualitate facti sh. preced. aggravabi-
tur. d. art. verb. nach Gelegenheit der Sach. extra casum
 gravis damni ultra fustigationem eam non extendi tra-
 dit

dit *Dn. Carpz. p. 1. q. 56.* ubi varias alias penas refert & *Baras.*

XVII. Circa hæc occurrit *Qu.* An ob bonam finem liceat uti Magicis artibus. Id affirmat. *Bomb. Paracelsus lib. de curat. morb. hyperph.* scribens, *Qua ratione & quomodo morbis magicis malefactis inflicto succurrendum sit, scire necessarium est omnibus Medicis, qui perfecti cupiunt esse. De tali autem curatione nec Galenus, nec Avicenna scriverunt aut scripserunt, quicquam. Non enim in Academiis, omnis discitur ars, ideo oportet Medicum quandoque accedere Vesulas, Sigas, Zigineros, Rusticos & circumforaneos, & ex ipsis artem ipsam addiscere, qui plus sciunt de hisce rebus, quam omnes Academia Professores, & quanquam videant Academia Professores: tu utere illis, inforti imaginatione, & experieris effectum.* Rationes autem assignat duas, 1. morbi remedium esse oportere, quali introductus est. 2. dicit, tales curationes minime contra Deum esse, quia illis non ad perniciem, sed ad salutem hominum utimur, dicant ad hæc quicquid velint Theologi: Ut refert *Godelm. l. 1. c. 8. n. 12.* In eandem sententiam allegatur *Const. Constantini l. 4. C. de malef. & mag.* Verum improbatur ea sententia, ut per *tax. th. anteced. c. 7. alleg. 2. Resp. Paracelso, ad 1. ejus objectionem; tutius esse Christiano milles mori, quam per peccatum & opem diaboli, remedia querere. ad 2. non esse facienda mala, ut eveniant bona Rom. 8, 3. c. 1. v. ult. Vid. Deut. c. 18. v. 11. Lev. 20. v. 6. c. si quis articulos. c. si quis clericus. & c. angurris q. 5. XXVI.* Majoris auctoritatis videtur esse Constitutio Imp. Constantini d. 7. 4. quam Paracelsi; Verum cum non sit credibile Constantini Christianæ religionis cultorem, instauratorem & propagatorem singularem,

crustâ panis, si hæreat gutturi, reus quis designatur fami
 domestici. Cabala Judæorum recentiorum. *Godelm.*
d. l. c. 5. & 6. ut & August. Barbef. dict. l. V. qui actibus
 superstitiosis quid volunt avertere aut efficere, quo re-
 ferendus Exorcismus superstitiosus. Mathesis, s. conje-
 ctatio ex astris, quatenus eâ velantur ineptiæ & artes ma-
 le *l. 2. & 3. C. de Malef. & Math. V. Barb. ad Tr.* Prædicti-
 ones Zigeunorum s. Attinganorum; Circumforanco-
 rum. *Godelm. l. 1. c. 5. 6. & 7.* Nec minus peccant, qui ad-
 hibent probationem Sagarum per aquam frigidam *V. pe-
 culiare Responsum. Godelm. l. 3. tr. de Malef. & Venef. vel frigi-
 dam ori veneficæ injiciunt, ut demonem deturbent; La-
 mias sublimes de domo tollunt aut abreptas à terrâ in
 carcer aut locum supplicii deportant, ut vis eo adimatur
 demoni; aut detractâ omni veste tunicâ interiore indu-
 unt, quæ uno die confuta aut contexta, averfas ad quasi-
 tores rapiunt. &c. *Remig. l. 3. c. 9.* VI. Omnes qui à Ma-
 leficis cujusvis generis, vel opem vel consilium, vel re-
 media, quavis ratione vi, prece preciove experunt, iis-
 que utuntur. *l. 3. & 5. C. de malef. & math. Sape. citr. Aut.**

XVI. Hi omnes pœnam incurrunt *1. Deuter. 18. 11.
 Levit. 19. 26. 31. Exod. 20. 6. 1. Sam. 28. 4. Matth. 4. 10. 2.
 Reg. 25. l. 3. 5. C. de malef. & math. l. 4. §. 1. ff. famil. hercise.
 l. 10. C. de Episc. aud. c. nec mirum. 26. qu. 5. c. admonens,
 cum seqq. 26. 9. 7.* 2. quia Deum lædunt præcipaliter fi-
 dunt enim dæmoni per res, quarum nulla est efficacia,
 nam rei impiæ ac damnabilis nullus est legitimus usus.
Rem. 3. 8. v. ult. Genus pœnæ est arbitrarium *sh. 7. &
 art. 109. O. C. & pro qualitate facti sh. preced.* aggravabi-
 tur. *d. art. verb. nach Gelegenheit der Sach.* extra casum
 gravis damni ultra fustigationem eam non extendi tra-
 dit

ait *Dn. Carpz. p. 1. q. 56.* ubi varias alias poenas refert de
Claras.

XVII. Circa hæc occurrit *Qu. An ob bonam fi-*
acem liceat uti Magicis artibus. Id affirmat. *Bomb. Para-*
celsius lib. de curat. morb. hyperph. scribens, *Qua ratione &*
quomodo morbis magico malefacto infestis succurrendum sit,
scitu necessarium est omnibus medicis, qui perfecti cupiant
esse. De tali autem curatione nec Galenus, nec Avicenna sci-
verunt aut scripserunt quicquam. Non enim in Academia,
omnis discitur ars, ideo oportet Medicum, quandoque accedo-
re veteribus, Sages, Zingeros, Rusticos & circumforaneos, &
ex ipsorum arte ipsam addiscere, qui plus sciunt de hisce rebus,
quam omnes Academia Professores, & quanquam rideant
Academia Professores: tu utere illis, in forti imaginatione,
& experieris effectum. Rationes autem assignat duas, 1.
morbis remedium esse oportere, quali introductus est. 2.
dicit, tales curationes minime contra Deum esse, quia
illis non ad perniciem, sed ad salutem hominum utimur,
dicant ad hæc quicquid velint Theologi: ut refert *Go-*
delm. l. 1. t. 3. n. 12. In eandem sententiam allegatur
Const. Constantini l. 4. C. de malef. & math. Verum im-
probatur ea sententia, 1. per *tax. th. anteced. c. 7. alleg.*
2. Resp. Paracelso, ad 1. ejus objectionem; tutius esse
Christiano milles mori, quam per peccatum & opem
diaboli, remedia querere. ad 2. non esse facienda mala,
ut eveniant bona *Rom. 8, 3. v. ult. Vid. Dent. c. 18. v.*
11. Lev. 20. v. 6. c. si quis artibus, & si quis clericus, & c. angu-
rius q. 5. XXVI. Majoris autoritatis videtur esse Consti-
tutio *Imp. Constantini d. 1. 4. titam Paracelsi;* Verum
cum non sit credibile Constantini Christianæ religio-
nis cultorem, instauratorem & propagatorem singula-

rem,

rem, ac magicas artes sub severissimis pœnis prohibentem
l. 3. h. t. (add. *Baldwin. in Constantino p. 282.*) id admisisse; Ideo
commoda potius explicatio adhibenda, quam suggesit No-
bilissimus ac Excellentissimus Dn. Præses, Jctus famigeratis-
simus, Præceptor ac Evergetes meus filialiter suspiciendus, in
Colleg. ad Pand. Vvesenb. tit. ad L. Corn. de sic. & ven. ita nimirum
ut verba: *remedia humanis quæ suta corporibus*: intelligantur de
naturalibus & licitis remediis, quæ, ut statim subjicitur, inno-
center adhibentur: Et verba porro: *in agrestibus locis innocen-
ter adhibita suffragia* de veteri ritu accipiantur, quo preces
sollennes in campis stato tempore fierent, *ne maturis vindemiis
metuerentur imbres, aut ventis grandinisquè lapidatione quatè-
rentur; quibus non cujusquam salus aut æstimatio laderetur, sed quo-
rum proficerent ædus, ne divina munera & labores hominum sterne-
rentur.* Cujusmodi ritus etiã hodiè licet superstitione admixtã
in Papatu celebratur. Ita *Thomas Naogeorgus in regno Pontifi-
cio* describens ritum & ceremoniam processionis in Festo
corporis Christi inter alia dicit:

In vicis equitant circum frumenta coloni

Cum crucibus multis, vexillisquè ipse sacerdos

Unã equitat gestans panem in pendente crumena

à collo: inque locis certis descendit & altã

Voce Evangelium canit. Hæc frumenta tuentur,

Scilicet à ventis, pluvia: rubigine certò.

Add. *Polydor. Vergil. de rer. invent. l. 6. c. 11. Rudolph. Hospian.*

de fest. Christianor. Mens. Jun. de fest. corp.

Christi.

